7535 d. m. | P. Caulio Coerano[1] | negotiatori | ferrariarum et | vinariariae, | Acibas lib. | patrono merenti.

Puteolis rep., est Neapoli (X 1931 vidit Mommsen). — 1) *Idem in signaculo aeneo IX 6083. 33.*

7536 d. m. | L. Lepidius L. lib. Hermes | negotiator aerarius et | ferrarius[1] sub aede Fortunae | ad lacum Aretis[2], et | Obellia Threpte | fecerunt | L. Lepidio L. f. Pal. Hermeroti, | qui vixit annis VIII mense I diebus XII, et | Lepidiae L. f. Lucillae | quae vixit annis V diebus VIIII, | filis dulcissimis et piissimis erga se, et | lib. libertabusque posterisque eorum. | Haec taber. cum aedif. huius monum. tutela est. | H. m. sive aedificium quod est, heredem non sequet.

Romae (VI 9664 cf. p. 3470 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Alius* negotians ferrarius *II 1199. Fabros ferrarios habes infra N. 7723 seq.* — 2) *Locus urbis Romae praeterea ignotus.*

7537 d. m. s. | T. [*F*]lav[*i*]us [*T.*] lib. Salutari[*s*] | Augustalis | sibi et Titiriae Felicitati | coniugi bene merenti, | negotias calcariarius, | vivus fecit.

Capuae (X 3947 semel descripta).

7538 Verecundiniae Placide | sive Soiioni[1] coniugi | dulcissimae, quae vixit | ann. XXVIII, et Verecundineoi[2] De[siderio fil. eius, Desideratus | Curmilli neg. artis lapidariae | vivus sibi et iis obitis fecit.

Coloniae Agrippinae rep. (Klinkenberg Westd. Korrespondenzbl. 1903 p. 173). — 1) *Nomen Gallicum, cf. supra N. 4711.* — 2) *Scr.* Verecundinio *(faber primum posuerat* Verecundi desi, *idque male correxit).*

7539 C. Tullius Crescens | negotiator marmorarius | de Galbes[1], fecit sibi vibus et | Tulliae Primillae | conlibertae suae carissimae et | libertis libertabusque | posterisqu[*e*] eorum.

Romae (VI 33886 vidit Huelsen). — 1) *De horreis Galbae.*

7540 v. f. | Versinia Ↄ. l. | Tyche | P. Alfio Erasto | negotianti | materiario[1] | coiug. bene | merito. *(Instrumenta fabrilia, in his inscriptum)* PAL.[2]

Prope Florentiam rep. (XI 1620 saepe descripta saec. XVI—XVIII; imaginem exhibet Revillas diss. acad. Corton. III). — 1) *Alius supra N. 5174a.* — 2) *P. Alfii?*

7541 d. m. | M. Licinio Moscho | negotianti pertica|rio et Corneliae Proclae | coniugi, Pomponius | Olympus frater et Filu|menus, Sotas, Zosimus | liberti et heredes fecer.

Romae (VI 9672 Henzen vidit partem).

7542 d. m. is cuius per capita versorum nomen declaratur, fecit se vibus sibi et suis omnibus, libertis libertabusque posterisque eorum.

Liber nunc curis fuerim qui, respice lector.
Notus in urbe sacra[1] vendenda pelle caprina,
exhibui merces popularibus usibus aptas,
rara fides cuius laudata est semper ubique.
Vita veata fuit, struxi mihi marmora, feci[2]